

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0090

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Ufus. Adhibetur ad capsulas aliaque minora supellectilis genera ex hoc fabricanda, uti crepundia, equi lignei, similiaque; ut & lignei calcei seu *Tsjerippos* ex hoc fabricantur, qui loco aliorum calceorum apud incolas in usu sunt.

In Java hæc arbor crassior est quam in Amboina, unde & satis ampli asseres ex ipsa formari possunt, ex quibus fedilia, minoresque fabricantur mensæ, hoc vero lignum facile rimas agit, si foli exponatur. Ex ramis brachium crassius natatilia retium ligna formantur, quæ in Europa ex Subere eliguntur, & Malice *Plompon* vocantur, in breves enim diffecantur partes, quæ candefcente perforantur ferro, quum virides sunt rami, unde & cito siccantur interne, melioresque sunt istis *Mangi Mangi* radicibus, vel *Pule* ramis, qui multum aquæ inbibunt, tardeque siccantur, unde retia corrumpuntur; Eidem quoque rami palis inserviunt, ex quibus sepes extruuntur, qui virides inplantantur, quum facile progerminant instar *Lingoi*: Javanorum cistæ herbariæ & aromaticæ *Cotta Cotta* dictæ ex hoc quoque fabricantur ligno, fed hæ vilissimæ habentur.

In *Rumphii Adpendice* hoc notatur.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 29.* Malabarice vocatur *Niir Pongelion*. Bracmanis *Singi*. Portugallis *Cornos dos Diabos*. Belgis *Buxboorn*, cujus figura & descriptio cum nostra quadrat.

Tabula Quadragesima Sexta

Ramum exhibet *Ligni equini*, seu *Caju Cuda*.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Arbor rubra prima. *Caju Mera*.

Arbor rubra est illa, quæ adfinitatem gerit inter *Caryophyllum* & *Jambosam*, atque de utraque tantum participat, ut utrique congenera sit, in multas dividitur species, quarum quatuor tantum descripsi, reliquas minores varietates singularum specierum omittens: Primo itaque angustifolia seu alta, secundo rotundifolia, tertio *Caryophylli*-formis, ac quarto latifolia mihi describuntur species, quarum tres posteriores in subsequenti exarantur capite.

Arbor rubra prima seu *angustifolia* proprie silvestris est arbor, altissima, truncum gerens rotundum & rectum, ac prope radices parvis alis auctum. Peculiariter gerit corticem, ab aliis silvestribus arboribus penitus diversum, tenuis enim est, ex multis tenuibus lamellis compositus, quæ vero arctius & solidius sibi adherent quam *Arboris albae*, illique *Frangulae* similes, sed rufi coloris, instar lateris semi cocti, quique porro fuscus est, tenuis, lignoque firmiter adhæret.

Ramuli sunt longi, firmi, ac tenues, quibus folia insident bina sibi obposita, rara, quorum quædam oblique ac cruciatim posita, quædam inordinata, illis *Caryophylli* silvestris quam simillima, sed latiora, rugosiora, brevibusque insidentia petiolis, septem & octo pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata: Nervus medius supra fulcatus est, venæque laterales subtus protuberant, nec ad oras excurrunt, qui communis est character hujus arboris, *Caryophylli*, & *Jambosæ*, quæque contrita odorem saporemque gerunt acidum & adstringentem, atque ingratum, ad illum *Jambosarum* adcedentem.

Flores corymbosi proveniunt uti *Caryophyllorum*, sed rariores, ex multis quasi crucibus formati, seu cruciatim positi, qui primo viridia sunt capitula, superius latiuscula, *Gagangs* seu primis *Caryophyllorum* rudimentis quodammodo similia: Fructus seu *Baccæ* non sunt oblongæ instar *Caryophyllorum*, sed compressæ sunt & subrotundæ pilulæ.

Recens arboris lignum ex fusco & cinereo colore mixtum est, sed siccum obscure cinereum est, satis foli-

Gebruik. Men gebruykt het om allerbande doosjes en kleen buysraad van te maken, poppe-goet, boute paarden, &c. als mede de boute trippen of *Tsjerippos*, by de *Inlanders* in plaats van schoenen gebruykelyk.

Op Java valt dezen boom dikker dan op *Ambon*, wshalven men redelyke planken daar van hebben kan, om zitbanken en kleene tafeltjes te maken; dog dit hout scheurt ligt als 't in de Sonne staat. Uit de takken als een arm dik, werden gemaakt de dryfbouten aan de netten, die men in Europa van kork maakt, in 't Maleyts *Plompon* genaamt, want men zaagtze in korte stukken, en doorboortze met een gloeyend yzer, nog groen zynde, waar doorze van binnen haastig opdroogen, en zyn beter dan die van *Mangi Mangi*-wortelen of *Pulc*-takken, dewelke veel water inzuigen, langzaam opdroogen, en daar door het net bederven. Dezelfde takken gebruikt men ook tot pagger-bouten, om beyningen daar van te maaken, die men groen wil hebben, om dat 't ligt uytstaat als *Lingoo*. De Javaanze kruidyde-doozen *Cotta Cotta* genaamt, werden ook van dit hout gemaakt, dog die houdt men voor de slechte.

In het Aanhangel van *Rumphius* wert dit ter neergefelt.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 29.* wert het genaamt in 't Malabaars *Niir Pongelion*. In 't Baramees *Singi*. In 't Portugeesch *Cornos dos Diabos*. In 't Duytsch *Boxhoorn*; wiens figuur en beschryving met de onze overeenkomt.

De zes- en veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het Paarde-Hout, *Caju Cuda* genaamt.

XLI. HOOFDSTUK.

Eerste Roode-Boom.

Arbor rubra is die gene, die maag schap maakt tusschen de Nagel- en Jamboes-boom, van de een en de ander zo veel mededeelende, dat by een zoorte van beyde schynt te zyn. Hy is in veele zoorten verdeelt, waar van ik 'er maar vier beschreven hebbe, de kleyne verandering van yder zoorte overslaande, namentlyk, eerst de smalbladige of hooge, ten tweeden de rondbladige, ten derden Nagelformige, en ten vierden breed-bladige; waar van ik de drie laatste in 't volgende Kapittel beschryven zal.

Arbor rubra prima, of smalbladige, is een eygentlyke wout-boom, zeer hoog, rond, en regt van stam, met kleene vlerken by de wortel. Hy heeft een byzondere schorsse, onder andere wout-boomen ligt te kennen, want hy is zagt, van veele dunne velletjes gemaakt, dog die digter, en vaster aan malkander kleven dan aan de *Arbor alba*, die van onzen Berke-boom gelyk, maar ros van couleur, als een half gebakken steen, droog, dun, en vast aan 't hout zittende.

De ryskens zyn dun, lang, en styf, daar aan staan de bladeren twee tegen malkanderen, weinig in 't getal, zommige in een schuyns kruys, zommige zonder ordre, die van de wilde Nagelboom zeer gelyk, dog breeder, ruyger, en op korte steelen, zes, zeven, en agt duymen lang, twee, en twee en een half breed. De middel-zenuwe is boven gevoort, de dwers-adertjes beneden uyt-puyende, loopen niet tot aan de kant, maar sluyten met ronde boogen t'zamen tot vooren toe, 't welk een gemeene Character is tusschen deze, Nagel- en Jamboes-boomen, gewreven zynde van reuk en smaak zuur en t'zamentrekkende, dog onlieffelyk, die van de Jamboezen naast komende.

Het bloeizel komt aan kroontjes voort, gelyk de Nagelkroontjes, dog ydeler, van veele kruysen gemaakt, daar voor eerst groene knoppen aan komen, met breede hoofdekens, de *Gagangs* of eerste schepzelen der Nagelen wat gelyk. De vruchten of besien worden niet langwerpig, gelyk Nagelen, maar blyven gedrongen rondachtige pilulen.

Het versche hout is uyt den bruynen en graauwen gemengt, maar besterft doods en donker-graauw, redelyk digt









solidum & grave, penitus vero siccum, levius est, longisque constat fibris, quæ facile rimas agunt, in ædificiis satis durabile, si modo non solum vel humidum tangat locum.

Optima species a priori quodammodo diversa corticem gerit cinereum, seu rufescentem, quam Amboinenſes proprie *Uhar* & *Ubel* vocant. Arbor vero hæc ramulos gerit tenues, breves, & acute striatos, quibus foliorum paria increſcunt bina quinave, quæ sunt scabra & glabra inſtar foliorum Caryophylli, & vix notabiles exhibent coſtas, ſuntque ad oras ſinuofa, très quatuorve pollices longa, in notabilem deſinentia apicem. Florum corymbi in plurimos tenues dividuntur petioloſi, quorum quivis in tres minores dividitur, qui bina ternave ſuſtinent viridia capitula, quæ ſefe aperiunt in floſculos albos muſcoſos: Unus alterve fructus in corymbo conſpicitur ex rotundo oblongus fabarum magnitudine, coloris ex nigro purpurei, & duræ ſubſtantia.

Lignum recens caſum albicat, ſed mox leviter rubet, multoque durius, durabilius, & craſſioribus conſtat fibris quam præcedens, *Nani* ligno ſimile, unde & *Nani Mera*, h. e. *Nani rubrum* vocatur.

Anni tempus. Cunctæ Arboris rubræ ſpecies flores gerunt medio pluviſorum menſium tempore, h. e. *Junio* & *Julio*. Fructusque matureſcunt *Octobri* & *Novembri*, eodem tempore quo Caryophylli.

Nomen. Latine *Arbor rubra*. Malaice *Caju Mera*. Amboinice *Aycou* & *Aycou*, quæ tria nomina arborem rubram denotant ex ruſſo corticis colore, quo ab aliis ſilveſtribus diſtinguitur arboribus. Prima vero ſpecies Arbor rubra prima dicta, Amboinice proprie vocatur *Aycou Ubel*, in *Leytimora Uhar*, & *Ternata Goffali*.

Locus. In cunctis creſcit altis ſilvis, eſtque vulgaſſima in ſilvis arbor ubique in Amboinenſium inſulis.

Uſus. Optimum præbet tignum, ſed ingratum, & palliditatem exhibet colorem, maximeque ob filulas, ubique tamen ab Amboinenſibus adhibetur ad poſtes trabesque ædium fumo ſæpe replètarum, in quibus diu durat, neutiquam vero, uti dictum eſt, ſi ſolum tangat: Arboris rubræ cortex, ſed tertiæ potiſſimum ſpeciei, apud Amboinenſes in uſu eſt ad majorum retium tincturam, ſed tantum defectu *Okir* ſeu *Tanarii Majoris*, quæ in ſubſequenti deſcribitur libro. Arboris vero iſtius cortex vel ſolus, vel cum illo *Mangi Mangi* mixtus adhibetur, qui parum contunditur, atque in ahenis coquitur cum aqua, ipſique quandam *Sagumanta* portionem addunt, ut tinctura ſeu pigmentum retibus melius adhæreat, tumque effunditur ſupra retia in monoxilo depoſita, quæ per noctem in tali inprægnata macerantur aqua. Minoribus vero retibus uti jaculatoriis hi cortices non inſerviunt, quum nimis acres ſint, unde alius ad hæc eligitur cortex, arbuſculæ nempe *Same* ſeu *Tanarii minoris*, poſtea libro quinto deſcriptæ.

Minor arbor rubra ſeu *angustiſolia* ſic ſefe habet: Ejus truncus non ultra crus craſſius eſt, ejusque rami ſunt rari, muſco obducti, folia firmis inſident ramulis ſibi obpoſita, vaga, & rara, anguſta, & acuminata, quinque ſexve pollices longa, unum vel unum cum dimidio lata, obſcure virentia, tenuia, ac ſubtilibus venulis pertexta, quæ in ſinus concurrunt. Flores ſunt ut priores albi, illis *Cujavi* ſimiles, ſed minores: Fructus inſtar minorum *Jamboſarum* dependent, tres quatuorve ſimul ex teretibus petiolis, ex rotundo parum compreſſi & gibboſi, primo virides, dein rubentes, ac demum nigri, externe mollem gerentes carnem inſtar *Jamboſarum*, culmum craſſam, ſaporis dulcis, ſeu fatui cum levi adſtrictione: In media cavitæte unus alterve continetur nucleus, uti in *Jamboſis*, in nigra ſpecie ſolitarius, in rubra gemellus, in fiſſis hiſce nucleis ſæpe teneræ arbuſculæ primum conſpicitur rudimentum, licet ex arbore etiam dependeant fructus, qui ſuperius coronati ſunt & umbilicati inſtar *Jamboſarum*. Nullibi obcurrit niſi in montibus ac denſis ſilvis.

Tabula Quadrageſima Septima

Ramum exhibet Arboris rubræ, quæ *Caju Mera Uhar* incolis dicitur.

Tabula Quadrageſima Octava

Ramum exhibet Arboris rubræ, quæ *Caju Mera Aycou* incolis vocatur

Tom. III.

CAPUT

diget en ſwaar, dog droog zynde word 't ligt, langdradig, en ſcheurt ligt, in den buisbouw durabel, als 't maar geen grond of vochtigheid raakt.

De beſte zoorte bier van wat verſchillende, heeft een ſchorſſe uit den graauwen, na den roſſen trekkende, dewelke de Amboinezen eigentlijk *Uhar* en *Uhel* noemen; de boom heeft dünne, korte, en ſcherpgeſtreepte ryſkens, daar aan ſtaan twee a vyf paren bladeren, ſtyf, en glad, als *Nagel*-bladeren, daar aan men pas de ribbetjes bekenen kan, langs de kanten een ſoom makende, drie en vier duymen lang, met een merkelyke ſpits. De dollen zyn in veele dünne ſteeltjes verdeelt, waar van ieder zignog in drie kortere verdeelt, dragende twee a drie groene knoppen, baar openende in kleene witte en moſchagtige bloempjes. De vruchten ziet men een of twee aan den doel, uit den ronden langwerpig, in de grootte van boontjes, van couleur ſwart-peers, van binnen met een harde ſubſtantie.

Het hout verſch gekapt is witachtig, maar werd ſtraks ligt-rood, veel harder, ſynder, en durabelder dan 't voorgaande, van gedaante bet *Nani*-hout wat gelyk, daarom men 't ook *Nani Mera*, dat is rood *Nani* noemt.

Sayzoen. Alle de zoorten van Arbor rubra, vertonen baar bloeizel in het midden van de regen-Mouſſon, dat is in *Juny* en *July*, en de rype vruchten ziet men in *October* en *November*, t'zamen met de *Nagelen*.

Naam. In 't Latyn Arbor rubra. Maleys *Caju Mera*. Amboinſch *Aycou* en *Aycou*, alle drie beduydenze roode boom, na de roſſe couleur van de ſchorſſe, die bem onder andere wout-boomen kennelyk maakt. Dit eerſte geſlagt Arbor rubra prima biet eigentlijk in 't Amboinſch *Aycou Ubel*, en op *Leytimor Uhar*, *Ternaats Goffali*.

Plaats. Hy waſt in alle hooge boſſchbagien, en is een van de gemeenſte wout-boomen in alle de Amboinſche Eilanden. Gebruik. Die is een goed timmerhout, maar gantſch onzienelyk wegens zyne dootze couleur, en om dat 't zo ligt ſcheurt, egter werd 't van de Amboinezen overal gebruykt tot ſtylen en balken in baar beroekte buyzen, daar 't lang duurt, maar geenzints (als gezegt) in de grond. De baſt van den Arbor Rubra, dat meelt van de volgende derde zoorte is, is by de Amboinezen in gebruyk tot tannen van groote netten, dog alleenlyk by gebrek van *Okir* of *Tanarius Major*, in 't volgende boek beſchreven; want men neemt den baſt des booms of alleen, of met die van *Mangi Mangi* gemengt, kneuſt die wat, en kookt die in een groote ketel met water, een half korſken met *Sagumanta* daar by doende, 't welk de verwe beter aan de draat doet kleven, en giet 't zo over de netten in een prauw liggende, latende die een nagt daar in weken. Tot kleene en fyne netten, gelyk de werpnetten, zyn deze baſten te ſcherp, dies men daar toe neemt een andere ſchorſſe van 't boompje *Same* of *Tanarius minor*, bier na in 't 5de Boek beſchreven.

De kleene Arbor Rubra angustiſolia is aldus. De ſtam werd niet boven een dye dik, en de takken zyn weinig met mos behangen. De bladeren ſtaan aan de ſtyve ryſkens tegens malkander, ydel, en weinig in 't getal, ſmal en toegeſpiſt, vyf en zes duimen lang, een en een half breed, donker-groen, dun, met ſubtile adertjes, die bun met bogen t'zamen ſluyten. 't Bloeizel is, als boven ſtaet, wit, en dat van de *Cujavos* gelyk, dog kleender. De vruchten zyn als kleene *Jamboezen*, hangende drie en vier by malkanderen aan ranke ſteelen, wyt den ronden wat gedrukt en hultig, eerſt appel-groen, dan rozen-rood, daar na ſwart, van buyten een week vleeſch hebbende, als de *Jamboezen*, een balm dik, zoetachtig van ſmaak, of veel meer laf, met een kleene adſtrictie. In de middelſte bolligheid leggen een of twee donker-grauwe korls, gelyk in de *Jamboezen*, in de ſwarte meelt een, en in de roode twee, in deze opgeſpletene korls ziet men dikwils een beginzel van een nieuw ſpruytje, al hangenze nog aan den boom. Deze vruchten hebben boven op een kroontje, en een kuyltje of een navel, gelyk andere *Jamboezen*. Men vind bet nergens, dan in 't gebergte, en in 't digte wout.

De zeven- en veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Roode Boom die *Caju Mera Uhar* by de Inlanders genaamt wert.

De acht- en veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Roode Boom, die *Caju Mera Aycou* van de Inlanders genaamt wert.

K 2

XLII.